

**PRODIGIA
MORTEM DOMINI
COMITATA, UTI ADMIRATIONE DIGNA,
ITA CONSIDERATIONE NECESSARIA,
IPSA DIE PARASCEVES
LOCO HORISQUE CONSVENTIS
A QVIBUSDAM SUPERIORUM CURIARUM AUDITORIBUS
ACTU ORATORIO**

*PIE EXPOSITUM IRI
INDICUNT:*

AC UT ACTUM HUNC SOLENNEM
PROCERES REIPUBLICÆ THORUNENSIS,
 ALIIQUE LITERARUM FAUTORES, SUIS TITULIS DEBITE
 SUSPICENDI, GRATIOSA SUA PRÆSENTIA ILLUSTRARE,
 CONATIBUSQUE JUVENTUTIS SCHOLASTICÆ
 PIIS APPLAUDERE DIGNENTUR,
 EA, QVA PAR EST, HUMANITATE EXPETUNT,
GYMNASII THORUNENSIS
RECTOR, PROFESSORES ET VISITATORES.

THORUNII,
EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS ET GYMNASII,
 A. M. DCCV.



Vos si Judæi, qui arcuorum cœlestium participes divinis legibus vivere, mysteria gentibus abscondita soli interpretari, & venturum in carnem Messiam primi amplecti sibi videbantur, Scripturas solerius scrutati, & signa tanta, quanta nemo ipsis fatentibus præter Christum facere poterat, debitâ aestimatione mensi fuissent; neutiq; salutis suæ auctorem tam protervè reprobraffsent, nec atrocissimorum criminum accusatum capitum damnassent, nec à moribundo signa reqvisivissent plura. Omnia enim, quæ Salvatorem mundi pro immundis agere & pati oportebat: quæ typis, umbris, sacrificiis, ceremoniisq; ante Mosen, sub Mose, post Mosen præfigurata, & certissimis Prophetarum oraculis prædicta, ipse Christus complementum erat exactissimum. Omnia illa, quæ obscurius quondam intellexerat, & spe suspensa crediderat pia antiquitas, clarius apparebant Judæis salutem suam videntibus, quam paraverat DEUS in oculis omnium populorum; lumen detegendum gentibus & gloriam populi sui Israëlis. Cui enim aptius æqviparari poterat Semen illud fæmininum, cui insidiatur erat serpens calcaneo, quam Christo Mariæ filio? Cui Melchisedecus Sacerdos Altissimi offerens victimas DEO, quam Christo, seipsum Sacrificium justitiae Patri offerenti? Cui Josephus falsis crimibus impetus & à fratribus venditus, quam Christo à Judæis accusato & à discipulo vendito, atque perfidiae osculo prodito? Cui Agnus Paschalis sine macula & labo maculatus atque immolatus, quam Christo immuni ab omni macula peccati? Cui serpens æneus à Mose in deserto exaltatus in salutem aspicientium, quam Christo ligno crucis affixo, in spem vitæ æternæ omnibus in eum creditibus? Cui Jonas in ventre ceti triduum incorruptus latens, quam Christo triduum in sepulchro moranti? Cui vitulus extra castra immolatus, quam Christo extra Solymam occiso? Poterant sanè Judæi facta tot typorum ad Christum congruâ & dextrâ applicatione intelligere, qualis venturus esset Messias: attamen ne dubio locus aliquis relinqueretur, voluit insuper vaticiniis Prophetarum sat multis eos pleniùs informari divina sapientia: quibus Servatorem non opibus abundantem, multitudine armatorum stipatum, imperio gravem; sed pauperem, mitem, humilem, patientem & morti tradendum docuit. His etenim verbis Michæas Messiaæ Solymam ingressuri apparatum descripsit: *Ecce Rex tuus veniet tibi justus & Servator, ipse pauper & ascendens super asinum, & super pullum filium asinæ.* Patientem & placabilem descripsit Esaias: *Non clamabit, neque audiatur vox ejus foris, calatum scil. latronem, non conteret, linum fumigans,* i. e. fumigantes odio & crudelitate Judæos, *non extingvet.* Idem clarius Eudem flagris cæsum, sputo deturpatum, pugnis percussum & despiciatis simum ob oculos posuit, dicens: *Non est ei species & decor. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum, despectum & novissimum viorum, virum dolorum & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus & despectus, unde nec reputavimus eum.* Verè langiores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & nos putavimus Eum quasi leprosum & percussum à DEO & humiliatum. Ipse autem vulneratus est ob iniquitates

bus
ntu-
cri-
nti-
ensi
nec
ndo
im-
qve
rum
nnia
pia
ara-
ibus
men
ariæ
vam
cri-
sato
nalis
i ab
sa-
ernæ
otus
ca-
udæi
ere,
tur,
vina
ma-
pa-
essiæ
s **E**
lium
au-
ans,
rius
atis-
cum,
viro-
ultus
ipse
sum
ates
no-
nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis super Eum, **E**li-
vore ejus sanati sumus. Oblatus est, quia ipse voluit, **E** non aperuit os suum.
De Pharisæorum consilio, sacrificio, cruce & morte venturi Messiae sic locu-
tus est Jeremias: Tu autem Domine, demonstrasti mihi **E**cognovi, tu autem
ostendisti mibi studia eorum, **E**go quasi agnus mansuetus, qui portatur ad
victimam, **E**non cognovi, quia cogitaverunt super me consilia, dicentes: mit-
tamus lignum in panem ejus, **E**cravamus Eum de terra viventium, **E**no-
men ejus non memoretur amplius. Item: Vidi Domine omnem furorem eo-
rum adversus me tota die, sessionem **E**surrectionem eorum vidi. Prædixit
Oseas fugam JESuli in Ægyptum: Ex Ægypto vocavi filium meum. Præ-
dixit Zacharias Christum derelictum iri à Discipulis suis: Percutiam Pasforem,
Edispergentur oves gregis. Prædixit Propheta regius perjurium & execra-
tionem Petri: Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi.
Prædixit Zacharias Messiam triginta argenteis venditum, illisqve agrum ad
sepulturam pauperum emptum iri: Et acceperunt triginta argenteos, precium
appreciati, quem apprecaiverunt ex filiis Isræl, **E**dederunt in agrum figuli.
Dixit Moses: Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Pependit Christus in
ligno, maledictus pro peccatoribus. Dixit Esaias: Cum iniquis deputatus
est. Pependit Christus medius inter iniquos. Dederunt, inquit David, in
escam meam fel, **E**in siti potaverunt me acetum: porrectum est pendent in
cruce acetum. Tandem nec sepulturæ tempus & modum, finemqve Pas-
sionis Dominicæ tacuerunt Prophætæ vaticinantes: Lapsa est in lacum vita
mea, **E**posuerunt lapidem super me. Non derelinques animam meam in in-
ferno, nec sines Sanctum tuum videre corruptionem. A conspectu iniquitatis
ablatus est justus, **E**erit in pace locus ejus. Sepultus est Christus, & lapide
clausum monumentum sub vesperam, qui Sabbatho reqievit, dieqve tertia
gloriosè resurrexit. Atqve sic typi omnes & figuræ legis, nec non tota va-
ticiniorum nubes in Christo clarissimè se explicaverunt: adhuc tamen Judæi
aures habebant ad audiendum, & non audiebant; oculos ad videndum, & non
videbant; cor ad intelligendum, & non intelligebant. Audiverant Judæi
ex Christo, dum inter ipsos versaretur, verba vitæ, non tamen in animum
admisserunt: Viderant ejus opera admiranda per totam Judæam, qvæ uni-
versam superabant naturam, non tamen credebant. Ultima ergo, eaqve
longè celeberrima omnipotentiæ suæ signa amore populi sui sub discessum
suum ex hac vita edere voluit, mutato quasi universo naturæ ordine; ut vel
exinde gentes cum Dionysio Areopagita suspicarentur, aut DEUM naturæ
pati, aut mundi machinam laborare, atqve Judæi adhuc increduli in tanto te-
stium veritatis numero crederent venisse Messiam verum in hunc mundum,
Eumqve jam passum, crucifixum ac mortuum, ut peccatores salvos ficeret.
Dum enim Servator optimus in profundissimæ exinanitionis statu constitutus
consummatis omnibus, qvibus salutem humani generis operatus fuerat, in-
clinato capite animam ageret, & unâ cum Herode Rege Annas Pontifex
maximus, Principes Sacerdotum, Magistratus templi & Seniores morte cru-
cifixi miserabili admodum læti de victoria gloriarentur; repente nova majoris

ma-

mali facies in oculis eorum erat, undique periculis à natura ad sumendas de parricidis pœnas armata existentibus. Nam Sol sentiens innoxii suppli- cium, non sustinuit esse Spectator, sed obducens caligine faciem suam simul universam terram tenebris involvit. Velo templi in partes scissò detectum est gentibus Sacrarium. Nutante undique terrā summa imis misceri visa. Reprobratō ab ædificantibus lapide angulari preciosō, dum homines nati ad misericordiam lapidescerent, saxa præter omnem consuetudinem fracta dis- sickerunt. Apertis majorum monumentis Sancti ad tam triste spectaculum videndum aperuerunt oculos, & vivi hominum societati sunt redditī, qui multò jam ante viderant corruptionem. Qualia verò & quanta illa Pro- digia fuerint, cultioris ingenii Juvenes quidam Orationibus propriā industriā elaboratis, cras D E O auxiliante publicè pro gloria Crucifixi exponent tali ordine :

JOHANNES FRIDERICUS THOMAS, Thorun.

Salutato perhumaniter Auditorio & argumentis Actus præmemoratis, reliquis de iis verba facturis benevolentiam exorabit.

HENRICUS PROCHNAU, Thorun.

Recensitā brevitate concinnā Passionis Dominicæ historiā Commilitones suos ad enarranda & celebranda Prodigia invitabit.

SAMUEL BRÜGSECKESEN/ Lisenensis,

Ecclipsin solarem super universam terram patiente Domino observatam hyperphysicam fuisse docebit.

GEORGIUS HENRICHSDORFF, Thorun.

Velum templi fissum in duas partes à summo usque ad imum considerabit.

JOHANNES GEORGIUS BOCHNER/ Thorun.

Stupendum mortalibus terræ motum admi rabitur, eumq; maximè prodiosum fuisse, adstruet.

EPHRAIM OLOFF, Thorun.

Indagatā lapidum naturā & varietate petras in monte Golgathæo & alibi virtute morientis Christi fissas esse afferet.

GEORGIUS HENRICUS CZIMMERMANN, Thorun

Aperta monumenta & corpora Sanctorum ex iis egressa fuisse certa te- stimonia & præludia, Christum morientem esse mortis mortem, ac certò futuram omnium mortuorum resurrectionem.

GODOFREDUS WEISS, Thorun.

Habitā gratiarum actione Auditoribus Ferias Paschales faustas apprecabitur.

— 6 —

113426